



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

Præsentatio B. Mariæ V. 21. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Nov. 21. Nov. VITÆ S ANCTORVM. 372

virtutem etiam post mortem vivere? Ex Surio.

Sicut Christi milites, deposito corporis anima quæ  
torpore, virtutum procedamus ad campum: dedimus  
corpori annum, demus anima dies: impendimus nobis  
tempora, tempus deputemus auctori, vivamus DEO  
aululu, qui saeculo viximus totu. S. Pet. Chrys. l. 12.

PRÆSENTATIO B. MARIAE V.

21. Novembrie.

H EUS! ad spectaculum hodiernum omnes vos  
in orbe parentes voco, liberos omnes. Ne  
dubitatem oculos adserre, cum, ut hos pascant, ef-  
fundere se cælo, & convolare Superos videam,  
vileam arridescere, acclamare audiam. Ecce TRI-  
VIA VIRGINIVLA, Iudææ delicium, patris &  
matris amor, spes familiæ unica, unica fessa æta-  
tis virga, haec inquam talis ac tanta, è parentum  
sua & brachis non ad Venetis alicujus gynæ-  
ceum, non ad nuptias, quas cunis promittere  
mant patres, sed ad castissima vota, ad templi  
adyta deproperat, euolatque ad aram, ipsa mox  
templum, ipsa Numinis ara futura. Assentuntur  
interea Joachimus & Anna, & filia sibiique plau-  
dunt. Quid hic nostras ætas! Nimirum pereat  
flos virginicus, ne stirps avita: intereat pudor, ne  
familia. Laermentur Angeli, modò nepotes ri-  
deant. Si vacuum incolis cælum, modò domus  
non hereditibus. Si quid pulchrum in liberis, si  
quid ingenuum & liberale, aulæ hoc debetur  
genio, mundi servitio mancipatur & carnis am-  
plexibus. At si quid monstri nascitur illud de-  
num, ajunt, in claustra Religiosa (desertas insulas  
cogita) exportetur. Si quid bardum, blasphemum lu-  
scum, claudum, hoc hoc cellâ occultetur, silentio  
monastico

monastico corrigatur , cucullo abscondatur , togâ involvatur. Deus sibi habeat , quod nemo hominum velit. Christus domum ducat , quas thalamo omnes terræ filij excludunt. Erubescite parentes , & ruborem vestrum in speculo , in vultu Ioachimi & Annæ , hodie corrigite.

MARIAM ô fidelis anima imitare. Castis Deo inhære amplexibus , devotionis gemitus emitte , amoris pro me carmina , & ignite laudis sacrificium exolve : eris proculdubio pudicissima turtur è speciosior , quod frequentius his amoris præludiis. inhærebit . B. Laur. Iustini in F. Pur. B. M. V.

## S. COLVMBANVS CONF. 21. Novemb.

**E**cce sub pedibus filii triumphatam matrem. Quid oculos avertitis filii molles , si Deus arridet? Nimirum sic pugnandum est , cum mater in filium moveret , non jam mater , sed hostis ; cum lacrimæ classicum canunt , tela volant verba melle illita , trabales è pectore sagittæ gemitus veniunt , ferreum pectus penetraturi ; cum insidias ubera detegunt , & uni rota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen COLVMBANVS , & quod Christi militi Hieronymus sua sit , per calcata matrem ad victoriam sibi iter stravit , Religioniique opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste , quid mirum si virtuti iupi cesserunt ; quos inter duodenos obambulantem COLVMBANVM ovem aurei sæculi putassem : sed & ursus antrum suum cessit fortiori. Unus Theodoricus Galliæ rex monitis piis ausus est resistere , sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato , dux COLVMBANVS eorum factus est , qui in parentes cælo auctore pugnant.

His